



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 130. Cardinalis Alliacensis sententia de propositionibus Grabonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Secul. XV. totam hujus doctrinæ summam ad vi-
A. C. 1418. ginti quinque articulos restringit, ex qui-
 bus infert, in nullo statu præter Religio-
 forum instituta perfectam vitam duci, ne-
 que consilia Evangelica, nec paupertatis
 virtutem ab iis, qui laicalem vitam pro-
 fitentur, exerceri posse.

§. CXXX.

*Cardinalis Alliacensis sententia de pro-
 positionibus Grabonis.*

Hos articulos Martinus V. examinan-
 dos dedit Cardinali Alliacensi, & Ger-
 sonio. Cardinalis sententia erat, princi-
 pale fundamentum doctrinæ Grabonia-
 ñæ non modo rationi, Theologiæ morali,
 sed etiam primitivæ Ecclesiæ disciplinæ
 adversari, item erroneum ac hæreticum
 esse, si dicatur; Christianam Religionem
 non recte a sœcularibus observari, nisi
 ejusdem præcepta in quodam monaste-
 rio professi sequerentur: tandem in hoc
 libello plures alias reperiri propositiones
 scandalosas, temerarias, imo & proter-
 vas, atque ideo librum hunc tanquam hæ-
 reticum flammis esse tradendum.

§. CXXXI.

*Gersonii scriptum in eandem senten-
 tiam.*

Gerson. to. I. Gersonius quoque hanc in rem compo-
p. 474. suit libellum a tribus diversæ Aca-
 demiæ